

208 . L. ANNÆI SENECAE
placet) quibus mouetur terra: utique no-
men est proprium. Altera succusio est,
cùm terra quatitur, & sursum ac deor-
sum mouetur: altera inclinatio, qua in
latera nutat nauigij more. Ego & ter-
tium illud existimo, quod nostro voca-
bulo signatum est: non enim sine caussâ
tremorem terræ dixerem maiores, qui utri-
que dissimilis est. nam nec succutuntur
tunc omnia, nec inclinantur, sed vibrantur.
Res minimè in huiusmodi casu no-
xia, sicut longè perniciosior est inclina-
tio concussione. Nam nisi celeriter ex
altera parte properabit motus, qui inclina-
nata restituat, ruina necessariò sequitur.
Cùm dissimiles ij motus inter se sint,
caussæ corum diuersæ sunt.

C A P. X X I I. Primi ergo de motu
quatiante dicamus. Si quando magna
onera per vices vehiculorum plurium
tracta sunt, & rotæ maiore nisu in sale-
bras inciderunt, terram concuti senties:
Asclepiodotus tradit, cùm petra è latere
montis abrupta cecidisset, ædificia vicina
tremore collapsa. Idem sub terris fieri
potest, vt ex his quæ impendent rupibus
aliqua resoluta, magno pondere ac sono
in subiacentem cauernam cadat, cò ve-
hementius, quò aut plus ponderis ha-
buit, aut venit altius. Et sic commoue-
tur omne tectum cavae vallis. Nec tan-
tum pondere suo abscondi saxa credibile
est, sed cùm flumina suprà ferantur, affi-
duus